Lactantii Placidi in Statii
Thebaidos libr. III 1–323
commentarii ad fidem codicum recensiti.

Libri III argumentum.

Conquestio Eteoclis de tarditate quinquaginta missorum. Maeonis adventus et caedis indicium. Indignatio regis. Mors Maeonis et eius a rege interdicta sepultura. Profectio lugentium matrum ad locum caedis, et cadaverum funeratio. De Thebanis malis conquestio, et regis iniustitia. Jovis imperium Marti, ut Thebana bella suscipiat. Veneris querela apud Martem de Thebanis, Martis responsio pro Thebanis. — Regressio Tydei vulnerati et eius hortatio ad bellum. Polynicis allocutio pro iniuria Tydei affectionis obliquae. Curatio Tydei. Descriptio solis occidentis et orientis noctis. Descriptio Martis bellum moventis. — Captatio auguriorum ab Amphiarao et Melampode in monte Apesante, et omnium signorum descriptio. — Allocutio Capanei iniuriosa contra Amphiaraum et deorum religionem. — Argiae apud patrem allocutio et belli postulatio; patrisque responsio permulcentis.

1. Perfidus aut quia regnum negavit, aut quia contra ius gentium legato paravit insidias. Docet enim poeta malorum conscientiam esse pervigilem: quippe Eteocles, quamvis adhuc stellis labor supersit, ut ascenso axe perveniatur ad lucem, tamen otia somni non accepit. Ovidius in libro II, ubi describit invidiam (Met. II 775 sqq.):

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto
Numquam recta acies, livent robigine dentes,
Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno,
Risus abest, nisi quem visi movere dolores,
Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis,
Sed videt ingratos, intabescitque videndo,
Successus hominum, carpitque et carpitur una.

2. Ancipiti vel propter noctem ancipitem, cum ipse anceps esset, vel ancipiti media. Notanda figura anacoluton secundum Sallustium (frgm. ?): Qua nocte ipse fiebat anceps.

4. Scelerisque parati prima enim sceleris nostri poena est cogitatio. Ut Iuuenalis (13, 2 sq.): Prima haec est ultio, quod se iudice nemo nocens absolvitur. Constat ergo malorum conscientiam semper esse pervigilem.

---

indicium **APC** judicium **B** nuncium **l** initium **V** || sepulcra **C** || cadaver feneratio **P** || oratio **PC** horatio **B** || affectionisque **P** || matris **B** || Melampo **C** Menalippo **ABP** edd. correxi || Aphesante **Ppl** Aphesan et **AB** auexata **C** afesant **V** correxi cum Muellero ad v. 461 || deorum **C** om. **ABP** edd. || patrisque **C** patris **ABP** edd.

1 qua regnavit **p** | parari iussit **g** | ut ascendo **A** aut ascenso **P** | somni **p** somnii **A** sompnum **P** om. **l** | in libro II **A** libro II **BP** libro secundo **p** | Numquam **APpB** Nusquam edd· codd. Ovidii | acies l. r. d. Pectora f. v. l. e. s. v. **A** | nisi om. **A** nisi que visie **P** | fecere dolores **p** | vigilantibus **APpB** edd. vigilacibus codd. Ovidii | intabescit uidendo **A** | et carpiturque **P** || 2 vel] tibi **P** | ancipitem om. edd. | Notatur **A** | anacoliton **P** | salustium **ABP** salutem **p** | fidebat **P** || 4 poena est] est (al. m. suprascr. in) **A** | iuuenat **A** | haec est **AP** est haec **p** edd.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

6. Ei interiectio timentis.

8. Animumque rependit non cogitabat contra numerum tantorum unius subsistere posse virtutem.

9. Num regio diversa viae proponit sibi quod fieri potuit aliter quam ipse mandaverat. ideo autem laudandus Tydeus, quia, quod fecit, nec metuens potuerit suspicari.

10. An sceleris data f. p. u. id est, violatae legationis sanctimoniae, vel quod religiosum officium legati peteretur insidiis. Tertium quod suspicatur tale est: dicit quippe a finitimis civitatibus Tydeo adversus insidiantes esse subventum.

13. Et Chromis et Dorylas. Dorylas saxo periit inter illos quattuor, quos uno ictu dicit (Theb. II 571 sqq.) esse prostratos. Chromis * inter sacra * vulnere prostratus occubuit.

[16. Solidoque datos adamante lacertos id est, non venit invulnerabilis nostris armis, habens membra dura quasi aes aut adamas. adamas enim lapis est Indicus parvus et indecorus, ferrugineum habens colorem et splendorem crystalli. numquam ultra magnitudinem nuculae Avellanae reperitur. Hic nulli cedit materiae, nec ferro quidem nec igni, nec umquam incalescit: unde et nomen interpretatione Graeca 'indomita vis' accepit. sed dum sit invictus ferri ignisque contemptor, hircino rumpitur sanguine, recenti et calido maceratur, sicque multis ictibus ferri perfringitur. cuius fragmento scalptores pro gemmis insigniendis perforandisque utuntur. Hic autem dissidet cum magnete lapide in tantum, ut iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi magnete, aut si admotus magnes comprehenderit, rapiat atque auferat. fertur quoque in electri similitudinem venena deprehendere, metus vanos expellere, maleficis resistere artibus. genera sunt eius sex.]

17. Heu segnes vere segnes, si conflixerunt et ab uno vincuntur.

[22. Jam pudet incepti nam 'pudet' ad praeteritum spectat, 'piget' ad futurum: et licet una paene sit significatio, tamen dicimus 'piget me illud facere', 'pudet fecisse'. Unde et interdum, apud Sallustium praecipue, simul ponuntur.]

23. Arbiter alno species pro genere: quilibet arbiter magister, id est gubernator.

25. Olenii astri progressus Haedorum serenus: quod sidus pluviale est in ortu et in occasu serenum aerem facit. Ut Vergilius (Aen. IX 668 sq.): Quantus ab occasu veniens pluvialibus haedis verberat imber humum. Sensus: frustra navigare compulit Olenii astri purior gradus.

[25. Olenii astri. Agitatorem ferunt Erichthonium fuisse, quem fabulae poetarum Vulcani et Terrae filium asserunt. quem cum Jovis vidisset inter homines equos albos iungere et Solis quadrigae similem hominibus facere pri-

---

16 Adamas enim sqq.] = Isidor. Origg. XVI 13, 2.3 cf. Remigius apud Myth. Vat. III 8,10 Serv. ad Aen. VI 552, quorum omnium fons est communis Plin. hist. nat. XXXVII § 56 sqq. ‖ 22 Nam pudet sqq.] = Serv. ad Aen. IV 336 ‖ 25 sq. Cf. Lactant. ad Theb. VI 401 (423): Olenium Arcadiae (immo Aetoliae) oppidum, unde Oleniam capram volunt fuisse, Jovis nutricem. Id. ad Theb. IV 105. Recte contra Aetoliae oppidum vel regio appellatur ad Theb. I 402 II 541. ‖ [25 Agitatorem — noscuntur = schol. Sangerman. ad Germanic. Arat. 156 p. 132, 21 sqq. Br. Cf. Hygin. poet. astron. II 13. Philargyr. ad Verg. Ge. III 113. — Hoc autem signum sqq.] = Serv. ad Ge. I 205.]

---

6 Ei **A** Hei ceteri ‖ 9 quia quia fecit **P** ‖ 10 celeris **A** | f. p. u. om. **Pp** | avolate **P** ablata **V** | sanctimonia codd. edd. corr. Barthius | religiosi **L** | tertium quia **P** quo sufficiatur **L** ‖ 13 Dorylas om. **P** | quatuor **pV** |||| **P** om. **Al** | suo ictu **PV** | inter sacra] corrupta verba intra os acto Barthius cornus intra os actae R. Ungerus ‖ 16 Hoc scholion adieci e codd. **P**c et **b** | adamans enim codd. | cristalli **b** christalli **P**c | nucis **b** nuclae uel lane **P**c | repert' **b** | incalescit **b** intabescit **P**c | gr indom tauis **P**c | perfrangitur codd. | sculptores codd. Isid. scalptores ex Plinio (§ 60) scripsi | hoc autem codd. | dissudet **P**c | cum magnate **P**c | magnate aut **b** | ad motus magnos **P**c | rapit **P**c | motus **P**c | sunt om. **b** Isid. ‖ 17 sicut flixerunt **AP** ‖ 22 Scholion, quod in **A** et **B** (in hoc quidem verbis mire disiectis) extat, in ceteris, quos inspexi, non legitur | edicet **A** pr. m., al. corr. | Sallustium] Iug. 95, 4 Hist. frg. I 51, 14 Kr. | praecipue apud Salustium **B** ‖ 23 speciem edd. | arbiter id est mag. **l** | m. vel gubernator **PV** ‖ 25 Olenei **A** | Quatuantus **P** | Olenei **A** ‖ 25 Hoc scholion e codd. **P**c et **b** addidi | agitorem **P**c | erthonium **b** tythonium **P**c | quadrigam **P**c | pede codd. | eiusdem schol. Germ. eius codd. | in re-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mumque Athenis pompam inducere, arcem templumque aedificare, inter astra constituit. cuius caput non multum distat ab Helice, genua adponuntur Geminis, pedes iuxta Tauri cornua. Capram autem, quae ante eum pingitur, nutricem eiusdem Jovis fuisse asseverant (quae nata fuit in regione Olenia, unde Olenii astri dixit) et idcirco inter astra collocatam. Haeduli vero, quos Agitator in bracchio portat, secundum gentilium opinionem fluctus significare noscuntur. hoc autem signum haud longe est a septentrione. Hoc autem signum tam ortu quam occasu suo efficit tempestates, quia etiam magnitudine sua multis oritur diebus. Tempestas enim aut praecedit signum aut sequitur aut cum eo est.]

26. Hiberni subitus Jovis Olenii dicit Arcadii, quod ibi fuerat capra, quae Jovem nutrivit, Amalthea.

27. Claustra tonant cardines dixit, quia volvuntur, ut (Verg. Aen. I 90): intonuere poli; et quasi conversum polum facit pondere congregatarum nivium. Inclinat Orion Juppiter et Neptunus cum ad Oenopionem regem in hospitium venissent et ab eo liberaliter recepti fuissent, optionem dederunt, ut, si quid vellet, ab eis exposceret. Ille liberos sine coniuge postulavit. Cui Neptunus et Juppiter imperaverunt, ut tauri corium, quem eis immolaverat, terrae infoderet. Illi in eo urinam fecere, unde natus est Orion. Qui cum Dianae stuprum inferret, illa Terrae ope scorpionem vindicem sumpsit. Quem occisum Juppiter in caelum transtulit, simili modo Diana vindicem suum inter sidera collocavit. — Mensis ergo Januarii tempus poeta describit, quo Orion in occasu est constitutus.

[Oenopion rex cum filios non haberet, a Jove Mercurio Neptunoque, quos hospites susceperat, hortantibus, ut ab his aliquid postularet, petiit, ut sibi concederent liberos. Illi intra corium immolati sibi bovis urina facta praeceperunt, ut obrutum i. infossum terra completis maternis mensibus solveretur. Quo facto inventus est puer, cui nomen ab urina impositum est, ut *Οὐρίων* diceretur, quod Dorica lingua commentatum est, ut *ου* diphthongus in *ω* longum converteretur. Quod autem prima sillaba brevis invenitur, ut hoc loco et apud Vergilium (Aen. I 535): cum subito assurgens nimbosus Orion, cum sit naturaliter longa, Graecae rationis est. Nam detractione *υ* litterae [et] *ο* remanet brevis. Ceterum si sit in proprio nomine dichronos, ut omnes Latinae sunt, non aliter utemur propriorum nominum licentia.

Orion ergo postea venator immensi corporis fuit, qui quodam tempore susceptus a rege Vinolento nomine, cum vellet eius filiam Meropen vitiare, ille iratus ei oculos sustulit. Caecus itaque Orion cum consuleret, quemadmodum oculos posset recipere, responsum est ei, posse lumina restitui, si per pelagus ita contra orientem pergeret, ut loca luminum radiis solis semper offerret. Quod ille ita efficere potuit: nam cum audisset strepitum Cyclopum Jovi fulmina fabricantium, sono ad eos ductus, unum de his suis umeris superposuit et eo duce oraculi praecepta complevit.

---

27 Ad fabulam de Orione cf. Lactant. ad Theb. VII 256 IX 843.44 Serv. ad Aen. I 535 Hygin. fab. 195 Myth. Vat. I 32 II 129 | [Oenopion — licentia = Serv. ad Aen. I 535, quem etiam exscripserunt Myth. Vat. I 32 II 129 | Orion ergo — complevit = Serv. ad Aen. X 763 cf. Myth. Vat. I 33 schol. German. p. 163 Br. | Hunc Hesiodus — peremisse = schol. Sangerm. Germanic. p. 163 Br.

---

gione **b** regione **P**c | olenei **b** | portet **P**c | secundum] f **b** vel **P**c | fructus codd. | quae etiam magnitudinem suam **P**c | cum eo est] Sequuntur in **b** verba quae leguntur apud Servium l. l. : Sane sciendum .... nec quisquam procedit ulterius quae omnia hic adpingere supersedi || 26 Olenii dicit ex **A** addidi, ceteri omittunt | Arcadii] Olenos immo oppidum Aetoliae, unde a Statio ipso Th. IV 105 nomen Amaltheae capellae derivatur | fuerit **A** | nutriit **P** edd. || 27 congregatorum **P** | Enorionem **A** (al. m. suprascr. at orionis) **PV** Orionem **p** Orioem **L** Oenopionem **l** Hyrieum Muncker ad Hyg. l. c. Permutavit inter se noster Oenopionem, regem Chiorum, et Hyrieum Boeotum | excepti edd. | coniugie **B** | imperarunt **P** edd. | quem **A** al. m. suprascr. quod | immolaverunt **A** al. m. corr. | inforet **A** pr. m. al. corr. | facere **B** | Orion i. e. *Οὐρίων* cf. Preller, myth. graec. I² 350 | qui al. m. corr. ex quam **A** | inferre vellet edd. | scrorpionem **A** | modo et **PB** edd. | occasum **B** | [Oenopion] In **P**c duo scholia inveniuntur, quorum alterum plane consentit cum eo quod vulgo Lactantio tribuitur, alterum etiam in **b** legitur | Oenorion codd. | immolati iouis sibi **P**c | i. infossum om. Serv. | solveret codd. solveretur scripsi e Servio et Mythographis | Oryon codd. | ut oy diptongus in $\overline{u}$ longum **P**c | fluctum **P**c | $\overline{gr}$ rationis **P**c | y literae et u codd. | dicronos codd. | omnis latinescunt codd. | propr. nom. abutemur lic. Serv. | inolento codd. Vinolento schol. Sangerm. German. 'a Vinolento i. e. ab Oenopione' Breysigius l. c. | Meropem codd. | Hesiodus] cf. schol. Arat. Phaenom. 322 Baehrius in Paulyi Encycl. III p. 1274 | ambulasset

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hunc Hesiodus fabulose dicit a Neptuno accepisse donum, ut super undas maris ambularet. Post recepto vero lumine in orientalibus partibus rediisse nec se ulcisci de Vinolento rege, in Cretam fugisse et cum Diana plurimas bestias peremisse. Sed cum vellet cum Diana concumbere, ut Horatius (carm. III 4,70 sqq.) dicit, eius sagittis occisus est, ut Lucanus (IX 836), immisso scorpione periit, et deorum miseratione relatus in sidera signum famosum tempestatibus fecit. Veri similius autem est a scorpione interemptum, quo oriente occidit. Sane magnitudine sua multis oritur diebus, et ideo apud peritos eius est incerta tempestas.

Orion ergo, qui et Jugula dicitur, ante Tauri vestigia fulget et dictus Orion ab urina i. ab inundatione aquarum. Tempore enim hiemis obortus mare et terras aquis ac tempestatibus turbat. Hunc Latini Jugulam vocant, quod sit armatus ut gladius et stellarum luce clarissimus atque terribilis. Qui si fulget, serenitatem portendit, si obscuratur, tempestatem innuit imminere.]

30. Nescius qui nesciret, non qui nesciretur.

32. Maerentibus increpat aut sollicitis, quibus nox maerore geminari videtur, aut maerentibus dictis.

35. Hyperiona ponto cum primum cano Sol exit. Ex Hyperione autem Graeci fabularum scriptores stulte natos esse finxerunt venerabiles deos, Solem et Lunam, pariter et Auroram, sperantes veluti stolidi homines, quod eorum fallaciis super horum numinum nativitatibus posset fides offerri ab his, qui noverunt nec mundum nec diem sine sole lunaque esse potuisse a primordiis rerum, nec tanta lumina utero fuisse gestata. Hyperiona ergo non, ut Graeci fingunt, Titanis filium accipiendum, sed latina simplicitate explicandum est ambiguum Graecitatis: Hyperiona dicunt 'super omnia saecula'.

36. Ima flagellatis dicunt physici, quod suis fixa ponderibus in aere librata pendeat tellus, et omne grave cum pendet, si motum habeat, flagellatur: ergo terra cum in medio fuerat aere librata, motum passa est, suis flagellata ponderibus.

39. Septenaeque iugo concurrere portae Thebarum portas ostendit, quia dicitur Thebana civitas septem habere portas, unde a Graecis ἑπτάπυλος dicta est.

40. Et prope sunt causae quibus prodigia ista contigere.

42. Haemonides hic est, quem Tydeus, ut victoriae suae esset testis, non est dignatus occidere. (Theb. II 690 sqq) Dubiusque notari tempus diei significavit et noctis, quo difficile vultus hominis ad perfectum potuit

---

27 Sed — tempestas = Serv. ad Aen. I 535, quem exscripserunt etiam Myth. Vat. I 32 II 129 III 9, 6. | Orion ergo — imminere = schol. German. 331 p. 162 sq. Br. | Hunc — imminere = Isid. Origg. III 70, 11 de nat. rerum XXVI 8 || 39 De septem Thebarum portis cf. Lactant. ad v. 198 VII 252; nomina earum leguntur Stat. Theb. VIII 353 sqq.

Pc | ulcisci de] de addidi ex schol. Germ. | Sed] Reliqua usque ad finem scholii in **b** partim difficillima ad legendum partim folio resecato plane deleta sunt | fec. **P**c | apud peritheos **P**c | incola **P**c | ac om. **P**c | gladius schol. Germ. Isid. gladiis **P**c || 30 nesciret non qui om. **P** || 32 merentibus **A** | nox merore **A** moerore nox **Pl** quorum in errore **V** || 35 cano **Pp** canos ol ex̄ **AB** oceano edd. | Et Hyperione **B** | scriptores fabularum **A** | Solam **B** | veluti **ABPp** videlicet edd. om. **P**c | quod eorum fallaciis super horum numinum fides nativitatis potuisset offerri ab his **P**c quia fallaciis superum (numinum suprascr. al. m.) nativitatis posset auferre se (fides t offerri suprascr. al m.) ab his **A** fallaciis super nativitate posse auferre se his **B** suis fallaciis siderum posse se auferre fidem his **Pp** suis fallaciis nativitates posse auferri ab his **l** | qui noverunt **Apl** qui non noverunt **P**c noverunt **P** | nec mundum sqq.] aud diem aut lunam **P**c omissis reliquis usque ad voc. gestata | graeci fingunt accipiendum **Pp** | simplicitate latina **A** | super omnia saecula] i. e. ὑπὲρ αἰῶνας || 36 terra cum] quoniam conl. Lindenbrogius || 39 Theb. portas **A** port. Theb. ceteri | a Graecis **AV** Graecis ceteri | eptaphilos **A** septapilos **P** heptapolis **p** | dicta est] sequuntur in **A** haec verba: 'Thebae ergo Egypti civitas, a qua Θήβη ἑκατόμπυλος (thebei eKaTONPILOS), id est centum (·l·c·) portarum' || 42 esset testis **A** testis esset **P** edd. | significavit **A** designavit **P** signavit **p** edd. | quo] quod edd. | vultus hominis **A** hominis vultus ceteri | potuit Barthius potuisset codd. | dignosci Barthius | non posset agnosci **A** agnosci non posset ceteri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

agnosci. Sensus: quamvis per obscurum nuntius non posset agnosci, quid tamen nuntiaturus esset, manifestis agnoverant signis.

44. Lacrimas nam protinus omnes f. id est, quis esset, adhuc ignorabatur, et tamen, quid nuntiaret, habitus et gestus eius prodiderat.

47. Abegit numerum per diversa dispersit.

48. Et hibernae quia signa tempestatis in lunae cornibus sunt constituta.

52. Tauros comparatione vero tauros dixit, aut quia solent tauros lupi vincere.

55. Tollunt clamorem tantum clamorem tulerunt, quantus fit in civitate ab hostibus capta, aut naufragio iam carinam mergente.

63. Vaga lumina absolute stellas dicit, ut fit generaliter, aut quinque planetas Saturni, Jovis, Martis, Veneris et Mercurii. Ceterum Sol et Luna non sunt stellae, nec ex planetarum numero, sed totius mundi duces ac domini.

64. Et te, mala protinus ales quoniam manu sua erat periturus, ait: 'mala ales', id est, 'malum augurium'. Quotienscumque enim 'ales' feminino dicitur genere, malum portendit augurium, ut Horatius (Epod. 10,1): mala soluta navis exit alite. Masculino autem bonum demonstrat, ut Vergilius (Aen. XII 247): namque volans fulvus Jovis ales in aethra.

67. Ignara moveri Atropos quae ab his, quae semel mortalibus statuit, moveri non possit, ut Vergilius (Aen. VIII 334): fortuna omnipotens et ineluctabile fatum.

69. Prodiga vitae pectora quemadmodum 'fortunarum prodigus' dicitur, qui patrimonium decoquit, ita et 'vitae prodigus', qui non terretur exitio, sed vitam prodigere vult, id est effundere. pectora autem dixit 'nihil horrescentia'.

71. Aspicias utar, inquit, libertate, qua non utitur nisi qui mori paratus est. ut Vergilius (Aen. X 881): desine: nam venio moriturus. Et hoc clamore pronuntiandum, hic enim verbis satisfacit dolori suo peritura libertas.

72. Movisti aut iura pietatis aut legationis leges.

73. Gliscis hic 'cupis' significat, id est, cupiditatis tuae crescit incendium.

75. Te diro horrore volantes q. a. integer se oculis tuis ingeret numerus occisorum: et dicendo 'quinquaginta animae' se quoque optima virtute iunxit occisis. volantes quasi circa ora tua volabunt [et ingerent se oculis tuis]. Sapientes dicunt nocentium esse poenas, si quasdam figuras cum viderint timeant. ut Vergilius (Aen. IV 386): 'omnibus umbra locis adero', et, ut ostenderet hoc sceleratorum esse supplicium, adiecit: 'dabis improbe poenas'.

79. Et non cunctator iniqui qui iniusta omnia poterat sine dubitatione complere.

81. Proturbare ne conviciaretur regi aut se certe iuste percuteret.

---

73. Gliscis] cf. Serv. ad Aen. XII 9: veteres 'gliscit' incremento ignis ponebant. Lactant. ad Theb. VIII 755: gliscit. irascendo in maius accenditur.

---

44 quid **B** qui **P** quod **AV** | nuntiasset **A** | prodederat **P** ‖ 47 dispergit **P** ‖ 48 Ethymone **P** | quia] quasi **A** al. m. corr. | sunt cornibus **A** | se constituunt **C** ‖ Ad v. 49 in **l** legitur scholion: domino, id est ero, quod cum codd. mei omnes omittant seclusi ‖ 52 comparationem **ABPp** | vero **A** heros **B** ergo **p** om. **P** edd. | comparatione vere R. Ungerus ‖ 55 carinam **A** carina ceteri ‖ 63 fit **A** sit **BPpl** sic (om. ut) **V** | Jovis] ūnus **A** | Ceterum et **P** ‖ 64 ales id est malum **P** | qm̄ manu **A** | dicitur genere **A** genere dicitur ceteri | filius Jovis **A** | ethra **A** aethera **Pl** ‖ 67 fortuna om̄ps **A** | fatum om. **P** F. **A** ‖ 69 fortuna **P** | vitae prodigus dicitur **PV** | id est finire **P**c | dicit edd. | nihil **A** nil ceteri ‖ 71 qua] quia **A** | ut om. edd. | nam **P** edd. iam **A** | hic *H* verbis **A** ‖ Distinctionem verborum in edd. plane corruptam correxi ‖ 72 mouisti aut ius legationis **A** ‖ 73 crescit indicium **A** ‖ 75 animae **B** anime **A** animose **Pl** | et i. s. o. tuis verba quae ex superioribus neglegenter librarius repetiisse videtur cancellis saepsi | nocentium **A** nocentum **CPg** edd. | cū timeant uiderint g | ut **A** unde **P** edd. ‖ 79 quia edd. | sive **A** ‖ 81 Perturbare edd. | ne convitia faceret edd. ne faretur **L** | regi **p** regigem **A** regem **PB** in regem edd. | se iniuste edd.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

82. Et nunc trucis ora tyranni quasi utrumque aspiciens, quid esset fugiendum, quid dulcius videretur: ferrum aut tyrannus.

84. Inperdita Tydeo pectora id est, quae Tydeus noluisset occidere. Vergilius (Aen. X 430): et vos, o Grais inperdita corpora, Teucri.

85. Erepta fata in proelio paulo ante dilata.

87. Te superis fratrique Ellipsis figura, deest enim: 'relinquo puniendum', quasi festinus in vulnere orationem implere non potuit. ut Vergilius (Aen. IV 76): incipit effari mediaque in voce resistit.

88. Dolori pugnat contra dolorem repugnat, ne putaretur sentire cum moritur.

92. Turbataque mussant bene mussant, quia nulla loquendi libertas est sub tyranno. ut Vergilius (Aen. XI 344 sq.): cuncti se scire fatentur, quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant. ['Mussant' id est susurrant, nam 'mussat' πολύσημος sermo est. Nam aliquando 'veretur', ut Vergilius in supra dicto exemplo, modo 'dubitat', ut (Vergil. Aen. XII 657): mussat rex ipse Latinus; alias 'susurrat', ut hic et in Vergilio (Ge. IV 188) de apibus: mussant oras et l. Et proprie 'mussare' est obmurmurare et muto esse vicinum.]

94. Et torvum id est, adhuc torvum, adhuc minantem. Sallustius de Catilina (c. 61,4): ferociam quam vivus habuerat in vultu retinens.

95. Laetati non diu gavisi, quod rediit, quia statim se peremit.

97. Pacemque sepulcri quia dixit inquietam illis fore animam, qui ferro pereunt, aut insepulti remanent.

98. Nequiquam bene 'nequiquam', quia secundum Epicurum nihil mortui sentire videntur. Unde Vergilius (Aen. II 646): facilis iactura sepulcri. Quorundam enim opinio est, animas cum corporibus interire, ut Lucretius. Juxta hos homini sepultura nihil prodest.

100. Passure situm oblivionis mala minime patieris. Unde Vergilius (Aen. IX 446 sq.): si quid mea carmina possunt, nulla dies umquam memori vos eximet aevo. [Translatio ab inculta terra, in qua propter neglegentiam sentes nascuntur. 'Situs' autem proprie est lanugo terrae quaedam ex umore procreata et fit in locis sole carentibus.]

102. Sancire viam viam dedisti, per quam contemnendo regiam potestatem ad libertatis possimus insignia pervenire.

105. Lauro sua propter Daphnen, cuius arborem aeternum vivere voluit pro perpetuitate amoris sui.

[In eius namque laurum tutelam ascribunt, unde cum amasse Daphnen (dicunt), Penei fluminis filiam. Et unde

---

92 Mussant id est sqq.] cf. Serv. ad Aen. XI 345 ‖ 98 Secundum Epicurum] cf. Serv. ad Aen. V 81: 'nequiquam' autem secundum Epicureos, qui dicunt omnia perire cum corpore. Myth. Vat. III 9, 12: aut certe Epicureos, qui animam dicunt perire cum corpore . . ob quam rem secundum eosdem dictum est: facilis iactura sepulcri ‖ 100 Translatio sqq.] = Serv. ad Aen. VI 462.

---

84 Vergilius om. **P** ut **A** | Teucrum **l** ‖ 87 eclipsis **A** ‖ 88 repugnat] pugnat **A** | dum **C** ‖ 92 quia] qua **A** que **P** | quod fortuna **A** | Mussant id est — esse vicinum] verba adieci e codd. **P**c et **b** | polissemos **P**c polissemus **b** | in Vergilio de apibus] mussantque oras et limina circum Vergil. | muto **b** mitto **P**c ‖ 94 salustius **A** | de Catilina om. edd. | ferociam animi Sallustius ‖ 95 quod **l** quia **PV** qua **A** qui **B** | statim se **A** se statim ceteri ‖ 97 quia (e q< al. m. corr.) **A** qui **P** | qui] quia **A** | perierunt **p** ‖ 98 quia] q< **A** que **P** | ut Verg. edd. | Justa (Justi **A**) hominis sepultura nihil prodest codd. edd. Quae non accipienda esse pro verbis Lucretii manifestum est) sed cum respiciant potius totam poetae illius doctrinam, Lachmanno imprimis referenda esse videbantur ad locum Lucretii lib. III 885 sqq. Equidem recepi coniecturam Barthii, ut sequentia cum superioribus artius coniungantur. Lindenbrogius voluit: Juxta quae Ungerus dubitat, an olim scriptum fuerit: Lucretius III: Juxta omnes sepultura n. p. ‖ 100 exibet **PA** (al. m. corr. ex eximet) exhibet **B** | [Verba, quae in **P**c a manu posteriore extant, in **b** deesse videntur, sed totum fol. 22b codicis liquore quodam ita perfusum est, ut litterae paene omnino delerentur | propter neglegentiam des. apud Serv. ‖ 102 dedisti **ALB** dicit **P** edd. ‖ 105 Hoc scholion in **A** post v. 107 legitur | daphnin **A** Daphnen dicit **l** | virere **l** | amoris sui] Sequuntur in **A** et **B** verba: In eius namque — esse visuros, quae etiam leguntur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

laurus nasci posset, nisi ex fluvialibus aquis? maxime quia eiusdem Penei fluminis ripae (lauro) abundare dicuntur. At vero amica Apollinis ob hanc rem vocata est, quia illi, qui de somniorum interpretatione scripserunt, dicunt, quod si laurum dormientibus ad caput posueris, vera somnia esse visuros.]

106. Et nemorum Dodona parens in Chaonia regione, quae pars est Epiri, Dodonaei Jovis templum esse dicitur, notum numinis reverentia. Ubi duae columbae fuisse dicuntur, sedentes super duas quercus et responsa dantes, exprimentes in mutis animalibus, quod homo adorare vellet. Et postea una earum transvolavit Delphos, quae civitas in regione Boeotiae est iuxta Parnasum montem eiusdem regionis, ibique Delphici Apollinis oraculo opinionem paravit; altera Ammonis Jovis templum in Africa tenuit. * Dodonaeum igitur fuit oraculum Jovis in Epiro, ubi de quercu columba hominibus responsa dabat. * [Ideo autem illo in nemore columbae finguntur dare responsa, quia lingua Thessala πελειάδες (et columbae) et vaticinatrices dicuntur. De qua Vergilius (Ge. I 149): et victum Dodona negaret. A qua etiam Jovis Dodonaeus dicitur.]

107. Suspendere sollicitos facere. ut Vergilius (Aen. III 372): suspensum numine ducit. Sensus: otia habebunt oracula te mortuo, hoc est, propter tuum interitum conticescent.

109. Elysias hunc solum de Thebanis dicit Elysios promeruisse campos, ceterum pro meritis scelerum nullam ad Elysios campos Thebanam animam pervenire.

113. Et nemus et tristis volucrum reverentia servat aut quae mortuo exhibetur reverentia, aut quod ore prohibebantur attingere.

116. Quisque suas ad suas quisque lacrimas, id est, quas de suis habituri sunt; et est verbum sine praepositione, ut Sallustius (frgm. inc. 6 Kr.): radicem montis accessit.

118. Solandi studio quorum licet nemo fuisset occisus, tamen solandi gratia sequebantur.

121. Infames scopulos aut Sphingos caedibus notos, aut quia illic a Tydeo quinquaginta confossi sunt. ut Horatius (carm. I 3, 20): infames scopulos Acroceraunia.

124. Accensa id est, suorum cadaveribus visis.

126. Luctus atrox hoc totum poetice incorporavit.

128. Prociduae paene cadentes, id est ruentes in faciem.

129. Lumina signant id est, claudunt oculos mortuorum.

131. Nequiquam quia mortuis nullus doloris sensus est.

---

105 [In eius namque — visuros] = Fulgent. Myth. I 13 p. 639 sq. St. Myth. Vat. III 8, 4. Cf. I 116. | [Amica Apollinis — visuros] = Myth. Vat. II 23 ‖ 106 Cf. Serv. ad Aen. III 466, qui rem aliter narrat | [ideo . . . dicuntur] = Serv. ad Buc. 9, 13, quem etiam exscripserunt Myth. Vat. I 96 III 3, 9.

---

in **P**c et quamvis difficillima ad legendum in **b** | tutela **A** | daphnin **A** | dicunt addidi e Fulgentio | et unde laures **A** | lauro adieci e Fulg. | eiusdem pene **B** | habundare **AB** | Appollinis (corr. ex Appollonis) **A** | vocata **A** vocitata **P**c Fulg. | intert̄eptatione **A** | scriperunt dicunt quod **A** scripserunt ut Antiphon, Filocrus (leg. Philochorus) et Artemon et Serapion Ascalionites, promittant in libris suis **P**c (add. q) Fulg. | ꝑꝑ visuros **AB** ‖ 106 quod homo **APpV** quid **l** | earum] ex **P** | Boeotiae] immo Phocidis | est om. **l** | Hammonis edd. | Verba quae asteriscis saepsi pro glossemate habenda esse videntur. Pro his verbis in **P**c et **b** ea leguntur quae sequuntur | omnibus **PV** | [ideo autem — Dodonaeus dicitur] haec e codd. **P**c et **b** addidi | thessala **b** Serv. Myth. III thessalia **P**c thessalica Myth. I | peliades codd. Serv. | et columbae om. codd., addidi e Servio et Mythographis | qua **b** (sc. Dodona) quo **P**c | qua **b** quo **P**c | dodoneas codd. ‖ 107 sollicitos facere eo quod mortuus esses **C** | huius, al. m. suprascr. hoc **A** ‖ 109 thebanam animam **A** animam thebanam ceteri | provenire **PV** ‖ 113 quae] que **AP** quia **p** edd. | quod] quia edd. ‖ 116 verbum sine praepositione] hinc efficitur Lactantium praepositionem ad apud Statium non legisse, quae in cod. Cassellano (**c**) deest | sall̄ **A** | excessit **pl** Kritzius ‖ 118 grām sequebatur **A** ‖ 121 spingos **A** | illi **A** | acroceraunie **A** ‖ 126 hoc] huius **A** | incorporavit codd. edd. Lindenbrogius malebat legere: 'poetice. Inventaque monstrat corpora prociduae'. In **C** leguntur: pingitur luctus corporeus ‖ 128 irruentes **l** ‖ 131 nullis **A**

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

134. Magna parens iuvenum ibat enim ad sepulturam duorum. Ide nomen est mulieris, cuius duos filios geminos a Tydeo diximus interemptos (Theb. II 629 sqq.). Ergo Graeca declinatio: nominativo haec Ide, huius Ides.

135. Sublata comam squalentem comam sublatam habens.

137. Terror inest lacrimis id est, prae dolore luctus coeperat esse terrori: sexus oblita quippe virorum fortium mater duraverat.

138. Volutans πάθος doloris a facto.

139. Omnique in corpore plangit omnia putans filiorum esse cadavera. Per errorem lamentabatur per singula corpora.

140. Thessalis haud aliter bello gavisa r. sic etiam in Lucano (VI 624 sqq.) maga videtur esse descripta, recens cadaver quaerens occisi hominis. Constat enim animas eorum, qui olim defuncti fuerunt, revocari non posse.

141. Cui gentile nefas id est, cui proprium hoc et facile est, quia omnimodis suae gentis est crimen, hominem revocare. ut Vergilius (Ecl. 8, 98): 'saepe animas imis excire sepulcris', ut in corpora iterum hominum redire compelleret.

142. Multifida multifarie fissa.

[143. Functum vulgus ab humanis periculis liberatum: nam dicimus 'functos officio', qui officia debita complerunt, unde est et 'honoribus functus'. Unde et defunctos mortuos dicimus, qui compleverunt vitae officia.]

144. Explorat manes * innoxia virorum. * Busto mortuo vel cadaveri.

145. Queruntur id est, dolent sibi requiem tolli.

150. Lacrimisque oculi obducuntur enim oculorum visus umore lacrimarum, qui ubi profusus fuerit reddit aspectum.

152. Tuor pro 'intueor'. Extremo in fine ligavit memor poeta superioris descriptionis, ait enim (II 637 sq.): Exit et in fratrem, cognataque pectora ferro traicit.

155. Tangere aequare, contingere.

[156. Titulis titulus est memoria bonorum factorum, qui solet superponi tumulis mortuorum.] Anteire parentes Nioben specialiter tangit.

157. Dextraque id est, sorte prospera.

158. Quis steriles thalami quibus thalami infecundi. Et non ululata Lucina id est, non invocata parturientibus prae dolore. ut Terentius (Ad. 487): Junó Lucina, fér opem, serva me óbsecro. Quanto melius, inquit, cum illis agitur, quae propter sterilitatem suam non subiacent orbitati.

[143 Nam dicimus sqq.] = Serv. ad Aen. VI 83 Isid. Origg. XI 2, 36. IX 4, 20.]

---

134 est om. **P** | haec om. edd. ‖ 137 terrori **ABLg** Barthius terror ceteri | sexus **APpLg** sextus **B** sensus edd. | quippe] quidem edd. | quae duorum vir. fort. m. diu fuerat Barthius 'duraverat' idem esse interpretatur atque 'induruerat' R. Ungerus conl. Tac. Ann. I 6 et Petron. 105 ‖ 138 dolores **A** | facto **Pl** facto **A** fato **L** ‖ 139 contra per errorem **L** ‖ 140 etiam om. **B** | luc̄ **A** | magna **Pp** | qui olim **AlB** qui diu **C** qui ex longo olim tempore **Pp** qui olim ex longo tempore **V** | revocari **A** evocari ceteri ‖ 141 hoc facile (om. et) **PAV** hoc facele **B** unde Ungerus coni. hoc facere | omnimodis] omis̄ malus **A** omnis malus **PpV** omnis madis **B** omnibus magis Ungerus ‖ 143 Hoc scholion e codd. **P**ᶜ et **b** adieci | vulgus om. **P**ᶜ | nam functos officio dicimus **P**ᶜ | qui offia **b** | compleverunt **P**ᶜ | Unde e. e. h. functis **b** om. **P**ᶜ functus scripsi ex Isidoro unde et honoribus functos Serv. ‖ 144 vulnera innoxia virorum coni. Lindenbrogius innoxia ossa virorum R. Ungerus | vel] tibi **P** ut **p** ‖ 150 oculis **A** | honore **g** | lacrima **P** ‖ 152 intueor **AB** intuor ceteri | Exit **ABV** Fixit **Ppl** | ferro traicit] telo conserit codd. Statii ‖ 156 Verba cancellis inclusa desunt in **A** | est om. **PV** | beneficiorum **pL** ‖ 157 in sorte **A** ‖ 158 idest] dea **P** | n̄ inviocata **A** | parturientis **C**

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

160. Causa labor mire dixit, ut liberos cum labore genuisse videatur, quos cernit extinctos: 'laboravi ergo, ut infelix fierem'. In luce patenti publice, honesto interitu, quia nocte occubuerunt, nec luce pugnantes, ubi virtus potuisset videri. Alia querela, quod inglorii nocte perierunt.

161. Aeternaque quae essent apud omnes gentes memorabilia numerandaque, quia inter paucos nec in magno proelio concidistis, aut quia nocte perempti fuistis.

164. Et sine laude quia non inter cuneos hostium nobilis est datus interitus.

167. Indiscretique una vobis traditur sepultura, quos nec in morte fata discriminant.

169. Digesta id est, dispositis cadaveribus urnisque iam cognitis.

171. Puerique rudes aut ad aetatem breves, aut malorum ignari.

172. Pactum sponsum. ut Vergilius (Aen. X 722): et pactae coniugis o(stro).

176. Grandior aevo quo in loco Aletes aevo grandior lugentibus ante rogos suos gemitus solabatur.

179. Saepe quidem infelix Haec oratio (vv. 179—213) consolationem tenet, quae constat exemplis. ut Vergilius (Aen. I 199): o passi graviora. Dicit autem, numquam tantam scemam infelicitatis accidisse Thebanis; et ne contra praeceptum faciat, si infelicitatem carere dicat exemplo, ideo dicit unum diem posse istis cladibus comparari, quo Niobe quattuordecim filios uno momento ira numinum perdidit. Omnes enim reliquae historiae de Thebanorum calamitate praecipue ex superioribus bene iam notae sunt.

182. Unde novi fetus proprie 'fetus', quia fetus terrae partus est. ut Vergilius (Ge. I 82): sic quoque mutatis requiescent fetibus arva.

185. Consedit corruit, consumpta est. Neque funerea putabat se occiso filio Learcho Athamas gloriam consecuturum, quem prae furore ferum putavit: gloriabatur ergo insana mente venationis eventu.

186. [Infelix Athamas Athamas post furorem a Junone immissum cum occiso Learcho Melicertam alterum filium cum uxore sua persequeretur, pervenerunt in quendam montem, de quo cum se in mare praecipitasseut, voluntate numinum in deos versi sunt: Melicerta in Portunum, qui Graece Palaemon dicitur, Ino in Matrem Matutam, quae Graece dicitur Leucothea.] De monte de quo se Leucothea cum Palaemone praecipitavit in fluctus.

188. Hic gemitus Thebis talis qualis nunc est quinquaginta hominum clade peremptis.

189. Furorem vicit resipivit ad hoc solum, ut agnosceret orbitatem.

190. [Ad comitum lacrimas quia dolebant propter filium ab illa extinctum.] Expavit quia adhuc nesciebat causam.

---

179 Ex superioribus] Cf. Lactant. ad Theb. I 61: Harum omnium seriem fabularum in argumento digessimus || 186 Athamas sqq.] Eadem narrat Lactant. ad Theb. VII 421 = Serv. ad Aen. V 241. Cf. Lactant. ad Theb. I 13 = Myth. Vat. II 79 ||

---

160 quos nunc cernit **l** | ergo] enim **A** | alii **A** | ingloria **P** || 161 gentes om. **P** | memoriabilia **A** | qui inter **l** | qui nocte **P** | fuistis om. **P** || 164 nobis est **L** | est om. **P** || 169 cognitis] conditis **l** condendis Barthius || 171 aut aetate] ad etatem **A** ad aetatem **BL** aetate ceteri edd. || 176 Alethes codd. edd. || 179 consolationis **P** | continet **l** | scem a, (fam a al. m. suprascr.) **A** scenam **PVB** tam obscenam **pL** scemam **l** | cavere codd. carere **l** cf. v. 191 | dixit **P** | ex superioribus] Respici hic argumentum illud omnium fabularum ad Thebas pertinentium probabile videtur, sed nihil certi dici potest de re satis obscura (cf. Schottky, de pretio Lactant. commentarii etc. p. 11 sq.) || 182 requiescent **AP** cod. Romanus Vergilii apud Ribbeckium requiescunt **p** edd. codd. ceteri Vergilii || 185 funere **A** | eventum **A** || 186 Athamas — dicitur Leucothea] verba addidi e codd. **P**c et **b** | palemon codd. | leuchothea **b** | se Leucothea **A** Leucothea se ceteri Leucotheta **B** || 189 resip,vit **A** resprivit **P** respuit **pV** resipuit **l** || 190 quia — extinctum] verba, quae in ceteris desunt, ex **g** adieci | qui **P** | nesc. caus. **A** caus. nesc. ceteri ||

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

191. Una dies prope est ut haec infelicitas consolatione careat, si nihil unquam tale contigit: ideo subdidit exemplum, quia, ut Ovidius (Metam. VI 165 sqq.) ait, Niobe Latonam coli vetabat, in se cupiens transferre honorem numinis, quod illam in utroque sexu liberorum se iactabat fetibus anteire. Tantalis (v. 193) autem Niobe, quia Tantali fuit filia. Filii Niobes hi: Archemorus, Antagoras, Tantalus, Phaedimus, Sipylus, Xenarchus, Eupinytus. Item filiae: Astycratia, Pelopia, Chloris, Cleodoxe, Ogygia, Phthia, Neaera.

193. Innumeris quoniam innumera orbitas cinxerat matrem, ut nunc virorum fortium caede circumvallabat civitatem orbitas.

194. Corpora tot quia pro numero filiorum rogos quoque mater exstruxerat. Raperet terra * illa re * raperet. Nam hodie quoque Niobe sic pingitur, gremium conferta tot natis, dum unumquemque complecti manibus affectat.

196. Longo examine id est turba.

197. Invidiam planxere deis ut Lucanus (II 35 sq.): et nullis defuit aris invidiam factura parens.

198. Bina per ingentes Thebae a veteribus Heptapylae sunt nominatae, quia septem portis ambiebantur. Ut ostenderet Nioben quattuordecim habuisse filios, ait: bina funera per singulas portas efferebant, ut et hinc daretur intellegi, Thebanam civitatem septem portarum exitu decoratam.

[199. Necdum apta doloribus aetas quia parvus eram neque dolorem adhuc noveram.]

[202. Specula temerare profana 'Speculam' enim bene dixit, quia quando speculationem significamus, generis est feminini, ut (Verg. Aen. III 239): specula Misenus ab alta. Speculum autem, in quo nos intuemur, generis est neutri, ut Iuvenalis (2, 103); speculum civilis sarcina belli.]

203. Molossi Actaeonem dicit, qui mutatus in cervum putatur, quod Dianam nudam aspexerat, et a suis dicitur canibus laniatus.

---

191 Filii Niobes] Nomina Niobidarum minore ex parte diversa leguntur etiam apud Apollod. III 5, 5 p. 86 West., Hygin. fab. XI p. 43 S., Myth. Vat. I 156, nomina filiorum recenset Ovid. Met. VI 224 sqq. eiusque enarrator Lactantius, fabb. narrat. VI 3 p. 829 Stav. Hygin. fab. LXIX ex. p. 77 S. ‖ 198 Cf. Lactant. ad v. 39 ‖ 202 quando sqq.] = Serv. ad Aen. I 180.

---

191 subdid **A** | Niobe om. **AB** | honorem hominis **P** | quod Tantali **P** | niobe **A** niobei (om. hi) **P** Niobes **Bp** edd. | Ut hoc loco quattuordecim liberos numerat Lactantius ad Theb. I 711 VII 353 et septem filios ad Theb. IV 576; contra ad Theb. VI 118 (124), quo loco ipse Statius 'bissenas urnas Nioben secum deducentem' inducit, duodecim tantum numerat additque poetam altero loco (III 198) Sophoclem altero (VI 118) Homerum (Il. XXIV 602 sq.) secutum numeros inter se diversos admisisse | Archemorus] Apud Apollodorum Agenor audit, apud Hyginum Archenor, apud Ovidium Alphenor | Antagorus Myth. Antegorus **Pp** edd. Antogorus **AB** Antagoras corr. Ungerus | phadimos **AB** | sipilos **ABP** Siphylos **l** | Xenarcus **AB** Exenarchus **P** | epitinos **A** Epinitos **PpB** Epinites edd. Eupinytus ex Hygino corr. Munckerus Epinitus Myth. Apud Apollodorum Minytus audit Epaenetos Ungerus | asticracia **A** Asticratia **BPp** edd. Astycratia Apollod. Hygin. Myth. | pelopia **AB** Apollodor. Myth. Pelopeia **Pp** edd. | Chloris **Ppl** Hygin. Myth. Cheloris **ABV** | Cleodoxe] sic et Myth. Hygin. LXIX Cleodoxa Apollodor. Eudoxa Hygin. XI | Ogime, codd. edd. Myth. Ogygia corr. Munckerus ex Apollodoro et Hygino | Phthia Apollodorus Phtia **APB** Pthia **L** Phitia **p** Phega edd. Phegia Myth. | Neaera **Pp** Myth. Apollod. Neera **AB** edd. ‖ 193 qm̄ (= quoniam) **A** quia ceteri | civitatem orbitas **A** orbitas civitatem ceteri | orbam coni. Lindenbrogius ‖ 194 illa re codd. non intellego illa terra coni. Lindenbrogius illa ne Barthius illa (corpora) recuperaret Ungerus | hodie quoque] hodiq' (d in ras.) **A** hodieque **B** | complecti **A** amplecti ceteri ‖ 198 ab auctoribus edd. | eptaphyle **A** | niobe **A** | ait pr. m., aut al. m. **A** | offerebant **P** | ut hinc **P** ‖ 199 quia — noveram] verba ex **g** addidi, desunt in ceteris ‖ 202 Haec leguntur in **P**c et **b** | temerare prof. om. **P**c | generis est **b** Serv. generis **P**c | nos om. **P**c | generis neutri codd. est addidi ex Servio | iualis **P**c iual **b** ‖ 203 cervam **BL**

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

[Heu dominum Actaeonem dicit. Curiositas semper periculorum germana, detrimenta suis amatoribus novit parturire quam gaudia. Actaeon denique venator Dianam se lavantem dicitur vidisse: qui in cervum conversus a canibus suis non agnitus eorumque morsibus devoratus est. Anaximenes, qui de picturis antiquis disseruit, libro II ait, venationem Actaeonem dilexisse; qui cum ad maturam pervenisset aetatem, consideratis venationum periculis, id est, quasi nudam artis suae rationem videns, timidus factus est et cor cervi habere fingitur. Unde et Homerus ait (Il. I 225): *οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο*, id est: ebriose, oculos canis habens et cor cervi. Sed dum venandi periculum fugeret, affectum tamen canum non dimisit, quos inaniter pascendo paene omnem substantiam perdidit. Ob hanc rem a canibus suis devoratus esse dicitur.]

205. In subitos regina lacus Dircen significat, quam Amphion et Zethus, Antiopae et Jovis filii, tauro vinxerunt, de cuius sanguine fons natus est eius nomine decoratus. Sic dura sororum ideo, inquit, illa non fleo, quia patientius fertur, quod fato accidit. Nunc ergo quinquaginta isti regis vitio ceciderunt. Sic Cicero in Philippicis (I § 10): multa autem impendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum. Ideoque poeta describit illud fatorum fuisse, hoc non: de qua re magna quaestio est. Sed si philosophiae investigemus arcana (si haec tamen talia credamus evenisse), reperire possumus, hoc magis fato factum, quod per Eteoclis insidias contigit. Quid enim deorum iracundiis extra fatum? Licet enim diis, qui ipsa fata senserunt, facere quod velint, qui humanum genus hoc vinculo ligaverunt, non suas voluntates atque licentias. Attamen si utrumque perpendas, et hoc de fato evenisse cognosces, nam ut quinquaginta morerentur, per regis perfidiam contigit; et illa, quae regibus facta narravit de Dirce, de Niobe, de Pentheo, de Agave, de Actaeone, etiam decretum fuisse poteramus agnoscere. Omne enim quodcumque fato moritur. ut Vergilius (Aen. X 467): stat sua cuique dies.

208. Exuimus perdidimus, tamquam quae tegerent aut ornarent.

209. Extrema dolemus sensus: cum nondum bella commissa sint, iam timemus extrema bellorum, quae victi pati consuerunt.

216. Unde ea libertas quaeritis, inquit, quo voto Aletes crimina in regem libere congerat? Videt enim sibi et vitae finem propinquum, et omne incolumitatis spatium esse translatum: et propter hoc, ne moriatur inglorius, quasi liber et constans, ut haec de illo populus post loquatur, optat occidi. unde Lucanus (III 134 sq.): vanam spem mortis honestae concipis.

221. Bistonas et Geticas gentes Thraciae crudelissimae, ob quam causam Mars de Thracia esse dicitur. ut Vergilius (Aen. III 35): Gradivumque patrem, Geticis qui praesidet arvis.

---

203 Curiositas sqq.] = Fulgent. Myth. III 3, cf. Myth. Vat. II 81 III 7, 3. ‖ paene omnem sqq.] cf. Palaephatus de incredib. 3 (Myth. graec. ed. West. p. 273 sq.) ‖ 205 Cf. Myth. Vat. II 74: de cuius sanguine natus est fons, ex nomine ipsius Dircaeus appellatus. Plenius rem narrat Lactant. ad Achill. I 12. | Sed si philosophiae etc.] Cf. Lactant. ad Theb. IV 677: In opinione ergo multorum est, multa fieri extra legem fatorum, nam si in hoc, quod fixum est et ineluctabile, dilatio vel mora habetur, fides decreti violatur et quasi vincitur fatum.

---

203 Leguntur haec in **P**c et **b** | se lavantem] se addidi ex Myth. III | Anaximenes] cf. Zink, der Mytholog Fulgentius p. 89 | videns **b** viderat **P**c | Unde et Hom ait inonares ıuos ommate ..... idest **b** quae omissa sunt in **P**c | ebriosae **P**c ‖ 205 Jovis et Antiopae edd. | iunxerunt **C** | fons natus est **AC** natus est fons ceteri | nomine Dirceus **C** | illa inquit **P** | quia om. **P** | vitio om. **P** | etiam **A** et **p** edd. om. **P** | praeterque **AP** praeter **p** edd. | ideoq' **A** ideo **B** ideo et ceteri | philosophie **A** philosophiae **BV** philosophice **Ppl** | investigamus **B** | quid enim **B** quod enim ceteri | qui ipsa **AL** quia ipsa **Pp** edd. per ipsa **B** | quid velint Barthius | quia humanum **p** edd. | hoc vinculo om. **B** | non **PB** nunc **ApL** | ut iuvit edd. ut iuret in Barthius | et hoc illud **P** et illud **B** et hoc et illud **p** edd. | de om. **l** | cognoscis **ABP** | regibus **ABPpV** superius **l** | decretum **A** decreti ceteri | poteramus **APB** poterimus **p** edd. ‖ 208 perdimus **P** ‖ 209 consuerunt **A** consueverunt ceteri ‖ 216 quo vultu edd. | sibi vitae **p** edd. | propter hec me **A** | ut hec **A** ut hoc ceteri | populus post **A** post populus **P** postea populus **p** edd. | luc **A** | unam spem **l** | concipitis edd. ‖ 221 de Thr. esse **A** esse de Thr. ceteri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

223. Fulmine cristatum quod exibat de crista galeae, infinitum luminis habens; eratque galea in morem fulminis cristis ornata.

224. Tristia quae quamquam essent aurea, tamen tristitia non carerent, ut esset terror in pretio.

225. Tonat axe polus incertum, utrum poli axem, an currus dixerit, sed rectius currus axem accipimus.

226. Aemulus luci radianti par magnitudine.

230. Sic ense madens ac nubilus ira madentem sanguine gladium tenens aut ferens, et furore tristis.

231. Exturbent resides frenos id est, vincula legis et foedera, quibus tenentur in pace. ut Vergilius (Aen. XII 568): in frenum accipere (et victi parere fatentur). Et cuncta perosi quasi communis verbi sit participium: ut 'perosus te' et 'perosus tibi'. Vergilius (Aen. VI 435): lucemque perosi. alibi (Aen. IX 141): non genus omne perosum femineum.

233. Et foedera turba ante bellum enim Thebanum inter Argos et Thebas odia penitus non fuerunt.

234. Cui dedimus concessimus tibi longa otia subito bello turbare.

239. Adde fidem ut nuntianti Tydeo credant.

241. Nigrae infernae, quia bellorum.

242. Colus pensa. Notandum: plurali numero declinatur. Ab origine mundi secundum illos, qui dicunt, nascente mundo praefinita esse hominum fata.

243. In proelia nati quasi mundi haec constituta sint lege, ut hi populi bellis intereant.

246. Arcem hanc aeternam inter ortum et occasum omne quod medium est meridies nominatur, et est sedes deorum. Unde illud est Graecum *ἁ μεσότης ἀρετά*, id est, aurea mediocritas (Hor. carm. II 10, 5). Inde facile apud Maronem Mercurius ad Atlantem venit, quamvis hic 'vertice caeli constitit' (Aen. I 225 sq.). Intellegimus prope septentrionem.

247. Etiam mihi numina fontes ordo: testor Elysios fontes, qui etiam mihi sunt numina. ut Vergilius (Aen. VI 324): di cuius iurare timent et fallere numen.

248. Ipse manu Thebas ut consoletur omnes, minatur Argivis: constat enim timorem periculi accipere solacium, si hoc non solus quicumque patiatur.

250. Vertam aut in mare traham, aut diluvio conteram.

253. Mortalia credas sic praecepto Jovis cuncta sunt territa numina, ut crederentur esse mortalia.

262. Jamque iter extremum parte qua deficit caelum, ut Homerus (Il. I 591): *ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βήλου θεσπεσίοιο*, significans intervallum quo terra separatur a caelo. Caelique abrupta sic et 'abrupta montium' dicimus, id est, 'Olympi ardua'. Quod caelum dixere ideo, quia apex eius omnibus invisibilis est. Infra eum enim nubes sunt. ut Lucanus (II 271): nubes excedit Olympus.

---

223 Flumine **A** | exiebat **A** | lumen edd. | in modum edd. | fluminis **A** || 225 an — axem om. **p** | rectius currum edd. || 226 luce **APpV** | pari **p** || 230 Sic om. **A** | sic ense] en ipse **P** sic ense . . . madentem om. **p** || 231 ut virgilius **p** | lucem **P** | non genus] codd. Vergiliani nunc genus Ribbeckius | perosum] perosos vel perosus codd. Vergiliani cf. Ribb. ad l. || 234 Quae **AplB** | longa otia **A** otia longa ceteri || 239 Ut n. T. credat **AB** ut nuntianti **Pp** ut nuncianti credant **P**^{c} ut Tydeo credat (credebat **V**) edd. || 242 declinatur **A** declinatas **PVB** declinata **p** declinatum **l** || 243 hi populi **A** populi hi **p** edd. hi om. **P** || 246 nominatur **APB** vocatur **p** edd. | unde et illud **P** et illis **p** | Graecum om. **A** | annerore ||| capera **AB** Anne tote CAPeTA **P** ANNOTATe CAPeTA **l** *ἁ μεσότης ἀρετά* Woelfflinus in Philol. XXIV 156 sqq. *ἐν μέσῳ ἡ ἀρετή* Lindenbrogius cf. Aristot. eth. Nicom. II 6 p. 1107^{a}: *μεσότης ἐστὶν ἡ ἀρετή*. *ΑΙ ΜΕΣΟΤΗΤΕΣ ΑΡΙΣΤΑΙ* Hofman-Peerlkampius (cum Lollio Basso, epigr. VI 3) ad Hor. carm. II 10 p. 144^{a}; **p** et **V** verba Graeca omittunt | idest] inde est Lindenbrogius | intellegamus **A** || 247 ut **AP** unde **p** edd. | mihi sunt **A** sunt mihi ceteri || 248 omnes **AP** omnibus **p** edd. || 253 esse mortalia **A** mortalia ceteri || 262 partem **C** | p,'enoΛocTETλcyιNλιoBEλ **A** PIenoλocTeratonamo bunctecmcιmι **P** PIERIOλocTETλccvNλιoBEλoιc **l** In **p** et **V** verba graeca non leguntur Gf. Hofman-Peerlkampius ad Verg. Aen. VIII p. 102^{a}. | Caelique abrupta addidi, desunt in codd. id est] et **pl** | eum om. **p** edd. | luc̄ **A**

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

263. Nulla formidine nec mirum quod Martis arma non timuit, quae iratum Jovem temnere consuevit.

264. Iam iamque rigentes erectas sive horribiles. ut Vergilius (immo Statius Theb. I 109 sq.): riget horrida tergo palla.

266. Acclinata iugo incumbens. Venus super iugum vultum madentem lacrimis obliquum tenens, ut hoc habitu Martem in amorem suum magis magisque succenderet.

269. Socer o quia Cadmus Harmoniam, Martis et Veneris filiam, duxit uxorem; iure ergo Martem 'socerum' nominavit.

273. Criminis haec merces adulterii scilicet, quia spreto Vulcano cum Marte concubuit.

274. Lemniacae de te meruere catenae quibus in Lemno deprehensa cum Marte vincta fuit. Quamquam Veneris et Vulcani notissima fabula sit, breviter tamen exinde pauca perstringam. Postquam filiabus Solis Venus amores immisit, et singulae exitiali morbo detentae interiere, Vulcanus Minervae consilio monile astu percepit: nam consciam facti Minervam indicant oculi Gorgonae, quos dicit poeta (Theb. II 278) in illo monili gemmis insertos. Fecit ergo monile pulcherrimum infausti ominis, quod dedit Harmoniae, cum Cadmo nuberet: cuius malo omine in dracones cum marito conversa est. Deinde hoc monile Semele gestavit, quae fulminibus Jovis absumpta est. Inde habuit Ino, quae, a marito Athamante occiso per furorem uno ex filiis Learcho, cum alio, id est Palaemone, se praecipitavit in mare, ut mariti insequentis vitaret insaniam. Post habuit Agave, (quae) et ipsa filium furore percussit. Hae omnes filiae Cadmi et Harmoniae fuerunt. Habuit et Jocasta, quae per errorem filio nupsit. Habuit et Argia, sed Eriphylae dedit, ut mariti proderet latebras.

[275. Vulcania Vulcanus dicitur quasi Volicanus, id est volans candor.]

276. Servit tamen ira mariti iam nec coniugii memor est, quae vocat 'crimen'. Amat dolor acerbare coniugium, ut apud Vergilium (Aen. IV 323 sq.) 'hospitem' appellavit Aeneam Dido furore percussa: cui me moribundam deseris, hospes? hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.

280. Arma tibi ut (Vergil. Aen. VIII 433): Marti currumque rotasque volucres. Tu aposiopesis, ut Vergilius (Aen. I 135): quos ego. Aena aerea, id est fortia.

283. Hymenaeis Hymenaeus puer genere Atheniensis fuit. Is cum annos puerilis aetatis excederet neque adhuc virum posset implere, ea pulchritudine praeditus fuisse dicitur, ut feminam mentiretur. Istum cum una ex civibus suis, virgo nobilis, adamasset, ipse, mediocribus ortus parentibus, quia nuptias desperabat, quod poterat tamen, puellam extrema amoris linea diligens, [satis] animo solo satisfaciebat aspectu. Cumque nobiles feminae cum virginibus sacra

---

274 Postquam filiabus Solis sqq.] = Myth. Vat. II 78 Cf. Lactant. ad Theb. II 272 = Myth. Vat. I 151 | Proderet latebras] Cf. Lactant. ad Theb. IV 188: Alcmaeon hoc monile, occisa matre, Apollini consecravit, quod in fontem missum hodieque cerni dicitur etc. || 275 Vulcanus — candor = Isid. Origg. VIII 11, 39 Myth. Vat. III 10, 4 cf. Serv. ad Aen. VIII 414 || 283 Hymenaeus sqq.] = Myth. Vat. I 75 II 219 cf. Serv. (Dan.) ad Aen. IV 99. Myth. Vat. III 11, 3 (ex nostro fabulam narrans): Lactantius tamen ab historia tractum dicit etc.

---

263 quod] quia **A** | maritum matrem (martem **V**) amata **PpV** | irati Jovis **Al** | timere **P** | consuevit iras **A** || 264 ut iam **A** || 269 Harmonien **Ppl** ermiona **A** hermione **V** || 274 deprensa **A** | singulae om. **A** | exitiale **A** | percepit **ApP^c BV** precepit **P** perfecit **l** Myth. | conscia factum Minerva codd. edd. correxi ex Myth. | gorgone **AV** Gorgonae **B** Myth. Gorgonis **Ppl** | aermonie **A** | ominis **A** (pr. m., al. corr.) | draconem **A** (sec. m.) Myth. | absumpta **A** (sec. m.) adsumpta **A** (pr. m.) **B** assumpta ceteri | inde] Ide **A** idem Myth. | post hanc **p** edd. | quae et ipsa] quae addidi ex Myth. | erm,onie **A** | eriphile **A** || 275 Verba ex **g** adieci, in ceteris desunt || 276 Servit . . mariti] Criminis haec merces **lp** | Saevit **V** | maritis **P** | aceruice **A** | quoniam] qum **A** || 280 Marti c. r. u. **A** | eclipsis et anasiopesis **C** | aen|||erea **A** || 283 hymeneis hymeneus **A** | istum] is **l** | unam **l** | virginem nobilem **l** | ipse (sed sec. m. suprascr.) **A** | satis animo **APp** edd. | faciebat **l** pascebat **p** satiabat **V** | celebrabant **A** | illam **A** sec. m. **P^c p** illo edd. illos **P** | amata (pr. m. uit al. m. suprascr.) **A** | cui puella creditur **APpV** eique

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cereris Eleusinae celebrarent, subito adventu piratarum raptae sunt, inter quas etiam Hymenaeus (qui illam amatam fuerat subsecutus), quia puella creditur. Cum igitur per longinqua maria praedam piratae vexissent, ad quandam regionem tandem devoluti pervenerunt ibique somno oppressi ab insequentibus sunt perempti. Hymenaeus, relictis ibi virginibus, reversus Athenas pactus est a civibus dilectae nuptias, si eis filias suas restituisset. Quas ubi pro voto restituit, exoptatam accepit uxorem. Quod coniugium quia felix fuerat, placuit Atheniensibus nomen Hymenaei nuptiis miscere.

285. De sanguine iactas propter quinque illos, qui de draconis dentibus nati sunt et occisis reliquis soli superfuisse dicuntur: qui condenti Thebas Cadmo socii fuerunt, id est Echion, Pelorus, Hyperenor, Udaeus et Chthonius.

286. Jovis serie genus Cadmi scilicet, cuius origo hoc ordine a Jove descendit: Jovis filius Elus, Eli filius Belus, Beli et Libyae Agenor Danaus et Aegyptus, Agenoris Cadmus, Cadmi Polydorus, Polydori Labdacus, Labdaci Laius, Lai Oedipus, Oedipi Ismene Antigone Eteocles Polynices.

[288. Thracasque tuos Thraces dicuntur quasi truces. Colitur enim Mars apud illos, ideo dixit 'tuos'.]

290. Illyricas ubi Cadmus fugiens infortunia Thebarum, existimans se loco etiam mutare fortunam . . . ., cum Harmonia coniuge versi sunt in dracones in Illyrico. ut Lucanus (III 189): Encheliae versi testantes funera Cadmi.

295. Et sacra voluptas Matheseos * hic monstravit: si enim mixtus aliis sideribus Mars fuerit, vehementior truculentiorque fit, econtra si Jovi, bonus, si Veneri, simplex fiet.

296. Unaque pax animo pacem a Venere petiit, quia soli concessum est Martem domare. ut Lucretius (I 31 sqq.):

Nam tu sola potes tranquilla pace iuvare
Mortales, quoniam belli fera moenia Mavors
Armipotens regit, in gremium quia saepe tuum se
Reicit, aeterno devinctus vulnere amoris.

---

285 Nomina Σπαρτῶν leguntur ex parte inter se diversa apud Apollod. III 4, 1 p. 81 W. Hygin. fab. 178 p. 35 S. Myth. Vat. I 149. II 77 Lactant. narr. fabb. III 1 p. 804 St. || 290 Cf. Myth. Vat. II 78 p. 101, 23 B.: Cadmo in Illyricum infortunia Thebarum fugiente || 295 Matheseos] cf. Lactant. ad Theb. III 558: Matheseos, ubi sit luna, vel quo astro, vel quae astra significent. Myth. Vat. III 11, 10: (Martis) stella si per aërem, id est Iunonem, sola in utrolibet domiciliorum apparuerit, ardorem bellicum significare putatur oriturum. Sin Juppiter vel Venus coorta fuerit, ipsius violentiam mitigare, effectumque annullare creditur. || 296 Moenia] cf. Fest. ed. Mueller p. 151, 6 s. v. moenia praeter aedificia significant etiam et munia, hoc est officia.

---

puella creditur Myth. II qui .... puella creditus est Myth. III quod puella crederetur **l** cum puella abripitur Myth. I | praedam ... tandem om. **P** | pervenerunt **A** perveniunt ceteri | interempti **p** edd. | suas filias **A** | Hymenaei nuptiis Myth. I et II nuptiis Hymenaei codd. edd. || 285 illos quinque **C** | de] bis om. **A** | reliquis occisis **C** | Thebam **P** | Echion] cf. Ovid. Met. III 126 | Pelorus] Pelogus **A** Πέλωρ Apollod. | Hyperenor] Hyperion codd. edd. corr. Munckerus ad Hygin. l. c. | Udaeus] Thibeus **ABL** Tydeus **Pp** edd. Tybeus **C** Idaeus Myth. I et II corr. Munckerus | Chthonius] Donios **APP**^{c}**CB** Denius **p** domos **V** Cthonius **l** Chthonius Apoll. Hygin. Myth. I Lactant. Chromius Myth. II || 286 Elus Jovis fuit filius **C** | Jovis] Jus. aliter Jos et Jovis **P** | Eleus edd. | Elei **l** | filius **A** om. ceteri | Velus Veli **APC** | Danaus] Elanuso v̊ **C** | Aegyptus **V** Aegistus vel Egistus codd. **l** | Cadmus om. | **A** Cadmi Polydorus om. **P** | Labdacius edd. | Lai **AP** Laii **pC** edd. | Oedippus Oedippi **C** | ysmene **A** Ismene **P**^{c} et Sineneae **Ppl** Sinenae **V** | Etheocles et Polinices, Ismene et Antigone **C** || 288 Verba, quae leguntur in v, desunt in ceteris, nisi quod **g** praebet: Traces quasi truces dicuntur || 290 cum loco **pl** | Post voc. fortunam hiatum significavi, cum verbum excidisse videatur pertinens ad coniunctionem ubi | ermione **A** Harmonie **Pl** Hermione **V** | luc̄ **A** || 295 Matheseos scium hic m. Barthius ad v. 299 M. se scium hic m. malit R. Ungerus | Si^{c} **A** | e contra **AB** et contra **P** contra **p** edd. | Jovis **AP** | Veneris **AP** Veneris implex **B** simplex **A** pr. m. Barthius supplex **A** al. m. **Pp** edd. || 296 ut om. **p** edd. | quoniam] quia **AB** que **P** qui **V** | moenia] moenera codd. Lucr. | Omnipotens **PV** | quia **APV** qui **Bpl** Lucr. | devinctus] devictus Lucr. | amoris] Mavors **ABV**

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

302. Exciderunt propter metrum, ut (Vergil. Ecl. 4,61): (matri) longa decem tulerunt fastidia menses. Prius in patrui prius perdam conditionem huius potestatis, quam aliquando mei sanguinis obliviscar.

* 303. Exarmatus id est, prius perdam immortalitatem, quam mei generis obliviscar. *

304. [Sed nunc fatorum monitus mentemque supremi iussus obire patris sensus: non possum facere quod rogas, quia iussus sum implere praecepta fatorum et Jovis voluntatem. Sane et 'hos monitus' dicimus, ut (Pers. 1,79): hos pueris monitus patres infundere lippos, et 'haec monita', ut (Verg. Aen. VIII 336): Carmentis nymphae monita et deus auctor Apollo.] Supremi summi, ut Terentius (Ad. 196): pro supreme Juppiter. Iureiurando confirmaverat se omnium meminisse, et superest ut queratur contra Thebanos aliquid moliri. Per venialem statum excusat, dicit enim se facere, sed coactum.

305. Neque enim Vulcania numquam enim ad haec potest mitti Vulcanus. Et opportune imbecillitatem obicit mariti, ut amorem Veneris in se transferat.

311. Concipe cara metus id est, nolo timeas excidium Thebanorum, quia non vincentur ita, ut penitus pereant. [Quando haec mutare potestas nulla datur 'quando' non est modo temporis, sed significat 'siquidem' et est coniunctio ratiocinantis. Sane 'quando' brevis est naturaliter; sic Serenus: quando flagella ligas ita liga. Sed Vergilius (Aen. III 500) usurpavit: si quando Thybrim vicinaque Thybridis arva.]

316. Aperto id est caelo.

318. Ira Jovis id est fulmen. Si quando quoniam hi montes tam finguntur altissimi, ut inter nubes potius delitescant.

320. Armavitque in nube manum 'nubem' dixit fulmen. ut Vergilius (Aen. VII 143); ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem.

321. Trisulca pro 'quadrisulca', quia fulmen ex quattuor consistit: aqua, igne, nube, vento.

322. Ditibus locupletibus, id est fertilibus.

323. Signa dare ut signum det aut perituras esse fruges, aut navigantibus imminere naufragia.

---

304 Sane sqq.] = Serv. ad Aen. IV 331. | Supremi] cf. Serv. ad Aen. VII 49: ut 'supremum' summum dicimus: pro supreme Juppiter ‖ 311 Quando sqq. = Serv. ad Aen. IV. 291 ‖ 320 Nubem] Cf. Serv. ad Aen. VII 142 Comm. Lucani X 503 Us.: fulmen quidam dicunt nubem ardentem esse, ut Virgilius etc. ‖ 321 Cf. Serv. (Dan.) ad Aen. VIII 429: et bene in materiam fulminis vertit ea ex quibus fulmen nascitur: nubem, imbrem, ventum. Isid. de natura rerum 30, 3 p. 56 B.: fit enim fulmen nube, imbre et vento. Origg. XIII 9, 2.

---

302 Exciderant edd. | tulerant edd. | prius quidam **L** | potestatis **APL** civitatis **p** edd. ‖ 303 Verba quae nihil nisi repetitionem antecedentis scholii continent ut glossema asteriscis saepsi | id $\overline{e}$ ex **A** addidi ‖ 304 Haec verba leguntur in **P**^{c} et **b** | mentemque — patris om. **b** | dicimus, ut terentius **b** | auctor] aucta **P**^{c} **b** | ut Terentius om. **A** | se omnium confirmaverat **A** | querenti **l** | excusat **APV** se excuset **pl** ‖ 305 Vulcanalia **P** | ad bella **g** | obicit **AP** obiecit **pl** abiecit **V** refert **g** | obicit imbecillitatem **A** | transferat **g** transferret ceteri | Sequuntur in **g** haec verba: Ad superiora respicit, quae Venus dixit (v. 276): et laesi servit tamen ira mariti ‖ 311 nolo ut **g** | excidia **Pg** | quia **A** qui ceteri | Haec verba leguntur in **P**^{c} et **b** | quando hec m. **b** (ceteris omissis) | Septimius Serenus Faliscus saec. p. Chr. n. tertii Cf. Wernsdorfius poet. lat. min. II 247 sqq. 279 sqq. L. Muellerus de re metr. p. 97 sq. Teuffelius hist. litt. rom. § 360, 3 | ligas ita liga] iugas ita iuga Terent. Maur. 2001 Lachm. | italica **b** | husurpavit sed **b** | arva om. **b** ‖ 316 id est om. **p** edd. ‖ 318 id est om. **p** edd. | ita ut **Al** | penitus **L** ‖ 320 Armavit **A** ‖ 321 quadrifida **g** | qui **A** | igne **ACgB** igni reliqui | ex igne aqua vento et nube fit **C**.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf